



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Doct. Martini Lvtherii Avgvstiniani Theologi Synceri
Lvcvbrationvm Pars Vna, quas ædedit usq[ue] in annum
præsentem XX. Catalogum earu[m] uersa tibi pagina
indicabit. Alio Tomo, Domino Volente, ...**

Luther, Martin

Basileae, 1520

VD16 L 3411

Protestatio R. P. Martini Lvther Avgvstiniani Vvittenbergensis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34878

AD LEONEM X. PRAEFATIO.

tionum: emitto autem, quo tuus simus, sub tui nominis praesidio, & tue
 protectionis umbra, Beatisime pater: in quibus intelliget omnes, qui
 uolent, quam pure simpliciterque ecclesiastica potestate & reverentiam
 clauium quaeasierim & coluerim, simulque quam inique & false me totno/
 minibus aduersarii foedauerint. Si enim talis essem, qualem illi me ui/
 deri cupiunt, ac non potius omnia disputandi facultate, recte a me tra/
 etata fuissent, non potuisset fieri, ut illustrissimus Princeps Fridericus
 Saxonie^{Ecclesiastica dignitate co-}
 edux, elector Imperii &c. hanc pestem in sua permitteret uni
 uersitate: cum sit catholice & apostolice ueritatis unus facile amantissi/
 mus: nec tolerabilis fuisse uiris nostri studii acerrimis & studiosissi/
 mis. Verum, actum ago, quando illi suauissimi homines non uerentur
 mecum & principem & uniuersitatē pari ignominia cōfiscere palam.
 Quare beatissime pater, prostratum me pedibus tuis B. offero, cum omni
 bus quae sum & habeo. Vnde iustifica, occide, uoca, reuoca, approba, repro
 ba, ut placuerit: uocem tuā, uocem Christi in te praeſidentis & loquē/
 tis agnoscam. Si mortem merui, mori non recusabo: Domini enim est
 terra & plenitudo eius: qui est benedictus in secula, Amen: qui & te
 seruit in æternum, amen. ANNO M. D. XVIII.

Ecclesiastica dignitate co-
lit pure simi-
pliciterque.

Fridericus
Saxo. dux.

Fridericum
principē no/
tare nō sunt
ueriti.

PROTESTATIO R.

P. MARTINI LUTHER AVGVSTINIANI
VITTEMBERGENSIS.

Quia haec est Theologica disputatio, q̄ pacatores faciat animos, nudo dispu
tatiōis textu forte offensos, repetā hīc denuo, protestationē i scholis fieri solitā.

Primum protestor, me protus nūhīl dicere aut tenere uelle, nisi quod in &
ex sacrī literis primo, deinde ecclesiasticis patribus, ab ecclesia Rhomana re/
cepitis hucusque seruatis, & ex Canonibus, ac decretalibus pontificijs habetur,
& haberī potest. Quod si quid ex ihs probari uel improbari non potest, id gra/
tia disputationis dumtaxat, pro iudicio rationis, & experientia tenebo; semper
tamen in ihs saluo iudicio omnium superiorum meorum:

Vnum illud addo, & mihi uendico iure Christianæ libertatis, quod opinio Christiana lib
ertates opinis
nes B. Thomæ, Bona, aut aliorum scholasticorum, uel canonistarum, nudas, onibus Tho
sine textu & probatione positas, uolo pro meo arbitrio refutare uel acceptare, Bona ueritate
secundū consiliū Pauli: Omnia probate, quod bonū est tenete. Etsi scio quo/
rundam Thomistarē sententiam, uolentium B. Thomā ab ecclesia approbatū premi,
in omnibus. Constat satis, quantū B. Thomā ualeat autoritas. Hac mea pro
testatione credo satis manifestū fieri, quod errare quidē potero: sed hæreticus
non ero, quantūlibet fremant & tabescant, ij qui aliter sentiūt uel cupiunt.

A ij Resolu